

voluntarie confessi sunt dictas portam et fenestram factas in eodem pariete ut dicitur per prefatum Cantorem laurentium in eodem pariete precario tenere possidere et habere unde voluntarie Guadium dederunt dicto procuratori nomine q. s. presentibus recipientibus et per sollempnem stipulationem promiserunt et convenerunt quod et ad omnem requisitionem dicti procuratoris seu dicti Monasterii dictas portam et fenestram claudant et claudi faciant omni questione cessante seu licitum sit dicto procuratori seu dicto Monasterio dictas portam et fenestram claudere seu claudi facere quocumque voluerint pro ipsorum arbitrio voluntatis. Unde ad futuram memoriam et dicti procuratoris dicti Monasterii petitionem ad Cautelam eiusdem Monasterii factum est presens inde publicum Instrumentum per manus mei predicti notarii signo meo *etc.* Quod scripsi ego predictus Magister Spina publicus baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi: superius autem ubi legitur Ecclesiam Sancte Clare seu dictum Monasterium habere tenere et possidere perinde per dictum notarium est abrasum et emendatum non vitio set quia scribendo erravi. (*Segno*).

† Ego Bartholomeus q. s. ad vitam baroli Iudex me subscripsi. (*Segno*).

† Ergo Iohannotus domini Galgani de Marra testor.

† Angelus notarii Iohannis de Caro testatur.

† Thomasius Palmerii de fasano testatur.

Notitia testium:

Lillus Iohannes de domino Galgano

N. 149.

A. D. 1335

(8 novembre; Indiz. III)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale (S. Chiara).
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Iohannes Angeli russi not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,33 e mezzo; larg. m. 0,31. Macchiata in vari punti con un foro al p.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	Il Monastero di S. Chiara di Barletta permuta una <i>domuncula terranea</i> che possiede <i>in pictagio Marcicani</i> con una casa <i>orreata</i> del maestro Blasio de Galiberto, <i>in pictagio S. Marie</i> , salvo il censo di un tari, dovuto per detta casa sotto pena di 4 once di oro.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri ihesu christi Millesimo Trecentesimo Tricesimo quinto Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo sexto Mense novembris die octavo eiusdem tertie Indictionis apud Barolum. Nos Nicolaus Iacobus de laurecta regalis baroli Iudex, Iohannes Angeli russi publicus eiusdem terre notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati presenti publico Instrumento fatemur atque testamur quod predicto die nobis personaliter accersitis ad Monasterium Sancte Clare de Barolo ad petitionem et preces proinde nobis factas pro parte Monialium et conventus dicti Monasterii et ibidem in nostri presentia Constitutis Venerabili Mulieri domina Heli-